cẽſus. Primus ẽ nolle habere quicq̃ iniuſti lucri / ⁊ de iuſte habitis facere elemoſynaȝ / et non abuti propria facultate ad vitia. Uerum ſi radicitus vis hoc vitium euellere: habens victum et veſtitum et quibus tegaris his ſis cõtẽt⁹. Uel certe qđ eſt ſũmũ remediũ oĩa ꝓ xp̃o relinquere / et ſub alterius cura et ꝓuiſione degere / et nullius rei quãcq̃ minime admittere proprietatem. Item confidentia de deo qui ñ derelinquit ſperantes in ſe. Secundus aſcenſus eſt non ſolum iuſtis eſſe contentum / ſed et ſolis neceſſarijs contentari: nihil velle habere ſuperfluum in victu / veſtitu ⁊ hoſpitio: et ſit de ſingulis. Tertius autẽ grad⁹ ẽ nihil poſſidere in mundo / et nihil velle habere: ⁊ in omnib⁹ neceſſarijs frequẽter pati penuriã. Filie autem auaritie ſunt ſex: ſcȝ: proditio / fraus / vagatio / piurium / inquietudo / et contra miſcđiam cordis obduratio.

Aſcenſus contra iracundiam. Capitulũ. lix.

His trib⁹ deuictis tãq̃ p̃ncipalioꝛib⁹ affectionib⁹ cõcupiſcibilitatis / aſcende cõtra vim iraſcibilẽ deuĩcẽdã / ⁊ expurgãdã. Et hic occurrit p̃mo aſcẽſus diſponere ꝯtra vitiũ ire. Cõtra qđ triplici aſcenſu vel ꝓfectu ỽtute militat⁹ ꝓficit. Prim⁹ ẽ vt diſcat hõ mot⁹ ire ꝑ pugnã cohibere / et rep̃mere ne erũpat foras ꝑ ỽba vel facta illicita. Eſt aũt natura vł mot⁹ iracũdie triplex: ẜm Greg⁹. Nã quoſdã mouet ſubitanie / et cito recedit: q̃ſdaȝ tardi⁹ cõmouet / et iã motos nõ cito deſerit: q̃ſdã et cito cõ-

mouet/ꝛ tardius relinquit. Filie ei⁹ ſūt rixa/tumoꝛ mentis/cōtumelia/clamoꝛ/ indignatio/blaſphemia. Itaqꝫ in hoc ꝑmo gradu cōſtituti reꝑmam⁹ nos/ vt dū motus iracundie ſentimuſ nō foꝛas erūpamus. Ut autē hoc melius facere poſſimus continue ante ꝑtractare debemus ea contraria que nobis poſſunt contingere/et foꝛe occaſio iracundie/ vt anteq̄ꝫ veniant ſimus ſcuto patientie pꝛemuniti. ¶ Item ad hoc valet cum laboꝛe repꝛimere /et accenſam flammam interius ſuffocare. Item q̄ homo vertat ſe ad alia negocia/ vt cōmotionis ſue obliuiſcatur. Item magnum remedium eſſet ſi homo adeo eſſet compos ſui q̄ poſſet admittere conſilium cogitando q̄ꝫ multa mala ſequantur iram. ¶ Etiam conſcientiaꝫ ledit puritatem mētis turbat: ſpm̄ſctm̄ de coꝛde fugat: ꝓximum ſcandalizat: famā cōfūdit. Itē cōpūctio ē venenū ire. Climac⁹. Queadmodū aqua extinguit ignem/ita veracis luct⁹ lachrymarū ꝓfluuiū naturaꝫ habet occidere/ꝛ extīguere oēm flāmā furoꝛis. Itē intēta meditatio moꝛtis refrenat iracundiā. ¶ His aūt et hmōi exercitijs hō ꝓficit/ donec ſm gradum mititatis vel patientie attingat: qui eſt: cum homo ex vſu et conſuetudine ſuſtinendi contraria/et refrenandi impatientiam/ didicit iam non terreri vel turbari aduerſis: ſed quaſi in loco munito inconcuſſus circumſtantes aduerſarios intuet͛.

¶ Tertius autem aſcenſus eſt gaudere in tribulationibus: gloꝛiari cum aſſunt et deſiderare cum deſint.